



ANTAPOLOGIA

P. Sutoris, in quendam Erasmi Apologiam: cui titulum dedit aduersus Petri Sutoris quōdam Theologi Sorbonici, nunc monachi Carthusiani de bacchationem.

Primū videto, Postea iudicato.

Num. 2. Cap. 8. num. . 41.




Vanundatur Parisijs, in officina Ioannis Parui, via iacobaea, sub signo Liliij Aurei.

*es de la Comp^a de S^r Jean de Sala
de Pulbrenia*


Clarissimo p̄sidi domino Carolo Guillardo P. Sutor
Theologus, cartusianusq; exiguus, S. P. dicit.



Vantis tribulationū procellis agitari
soleant ornatissime p̄ses qui vel de
center alienis temeritatibus obluſa
ri, noxiosq; errores vellicare, & veris
tatem libere tutari audent locupletis
sime testantur hystoria p̄sertim di
uinæ quibus maior fides adhibenda
est: Siquidem (vt non nihil hinc depromatur) Moyses
omnium mitillimus quū hebræos mutuo rixantes ob
iurgaret, ab eo qui vim inferebat durius repulsus est ac
deinde regis furorem pertimescens profugus est effe
ctus. Anani quoq; propheta domini iubente Asa rege
Iuda in neruum cōiectus est, q̄ cum arguisset stulticię,
vt qui a rege Syriæ opē flagitasset, nec sperasset in deo
Israel, zacharias filius Ioiade pontificis ad imperiū loas
regis supramodum ingrati lapidatus fuisse refertur, q̄
regem ipsum populumq; legis desertorem, cultoremq;
idolorum carpsisset. Esayas propheta nobilis post fre
quentem populi obiurgationem, diuinorumq; suplis
ciorum annunciationem sub impio rege nanasse (quē
intrepide vellicabat) duas in partes sectus occubuit.
Hieremias sanctus antequam natus varijs crebrisq; in
iurijs etiam est affectus, & tandem lapidibus obrutus
q̄ p̄uaricatoris, superbiq; popelli vicia conuelleret, &
ei flagella p̄sago spiritu denunciaret affutura Daniel
vir desideriorum in lacum leonum propterea missus
est q̄ stultum regis edictū nec pili quidem faciens deū
suum adorasset vt semper assueuerat. Deniq; prophete
omnes qui ante christi aduentum libera reprehensione
populi peccata compressere & palam veritati patrocis
nati sunt, varijs, & conuictijs, & iniurijs affecti leguntur.



CAPITE



Primo prefatis quibusdam, quattuor depromuntur garrulitates, quas nonnulli leues homines in Sutores, libri titulati de translatione biblię auctorem nuper effuderunt, & tribus primis hoc capite respōdet.



Eceram anno lapso librum de translatione biblię & nouarum reprobatione interpretationū titulatum quem & miseram uis ris doctissimis, ut diligēter examinātū traderent (si ita uideretur) calcographis imprimēdū. Putabam hoc pacto de re christiana bene mereri, et laborem quoq; nostrum omnibus certe nostrę gentis hominibus fore gratum sperabam. At longe aliter contigisse audio q̄ ipse putaueram. Enim uero spiritus ille tartareus qui ad edendas nouarum interpretationum temeritates mira calliditate impulerat, ut scilicet leuibus ac male christianis hominibus illuderet, adni maduertens suas artes, suos dolos, suosq; conatus euadere inanes, & sua demum inuenta quotidie nostro labore pessum ire, quosdam rabulas excitauit, qui uenenatę linguę iacula in me prorsus immeritum absentemq; torquere non erubuerunt. Excitauit & quendam Erasmi, qui nuper frendens, fremens, ac toto furoris impetu debacchans, quandam in me apologiā edidit, id est fedissimam sentinam conuiciorum, mendaciorum, calumniarumq; refertā, in qua omnes sui pectoris sordes eructauit. Quę omnia mecum uolutans primum addubitauit, an tantę petulantię obsistendū, & quidq; responsionis

tiam. Valeat igitur & aliū sui similit̄ querat, cū quo deinceps in certamē descendat. Me em̄ pudet pigetq; vehementer cū tali sciolo & cauillatore tādiu cōtendisse. Vis debīt tandē quid sibi profuerit pios monitores nō solū contēpsisse, sed cōuicijs etiā lacerasse. Candide igitur lector qui pio ac grato es aīo te alloquor & ī calce moneo vt a nouis temeritatibus erroribusq; pudēdis abstineas & libros hmōi erroribus resp̄sos caueas, ne tibi ob phaleras verborū imponant, sed qđ boni & æqui est confulas trita maiorū secl̄eris vestigia, sanā amplectaris doctrinam a patribus traditā, nec eorū terminos vlla ex parte transgredi audeas, & demū que ad tuā salutē conducere queant a bonis theologis libentius securiusq; discas, præterit em̄ etas, præterit & figura huius mundi qui in maligno positus est. Sed & hoc tibi psuadeas oro me nihil in hoc vel altero libro malevolentia seu maledictia causa, sed zelo dixisse. An zelus noster fuerit vbiq; discretus ipse videris. Nō enim velim te mihi quicq; tribuere nisi quantū ipse probauī. Deniq; tibi psuadeas rursus oro, si in reprehensionibus peccatū est, nec malitia, nec ledendū aīo, sed feruore, forsā nō satis circumspecto peccatum fuisse. Non em̄ mihi animus fuit quēpiā denigrare, sed veritati publicēq; vtilitati & rei Christianæ patrocinari. Sed iam finem dicendi facio & ad pristina studia reuertor, a quibus plurimum inuitus euocatus sum, vt maledictis alienis responderem.:

τῆλθ.

Imprimebat Petrus Vidoueus caracte-
ribus suis, impensis honesti viri
Ioannis Parui. mense
Iunio.

M. D. XXVI.